



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

1. An Circumstantiae notabiliter aggravantes sint in confessione à parentibus aperiendae? Ex p. 1. tr. 7. res. 1.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)



## TRACTATUS SEPTIMVS

De Circumstantiis aggravantibus, non  
necessariò explicandis in Confessione.

## RESOL. I.

An Circumstantia notabiliter aggravantes sint in confessione à Penitentibus aperienda? Ex part. 1. tractat. 7. Resol. 1.

**A**LQUI affirmatiù respondet, vt ex veteribus Altiſiodorensis libr. 4. summ. tractat. 6. capit. 3. quaſtione tertia. Alensis part. 3. quaſt. 18. membr. 4. artic. 3. §. 2. Marſilius in 3. ſentent. diſtinct. 12. articulo. 1. part. 1. dub. 1. Maior. ibid. quaſt. 4. Idem etiam docuit Sotus ibid. diſtinct. 18. quaſt. 2. artic. 4. Victoria in summ. 177. Caietanus in summ. verb. Confessio, condit. 1. §. Suarez in 3. part. tom. 4. diſputat. 22. ſect. 3. Nugnus in addit. ad 3. part. 2. §. 9. art. 2. dub. 2. concol. 2. Sanchez in ſpon. tom. 1. lib. 2. cap. 1. 1. num. 2. 4. Henriquez & Fagundez ubi infra. Llamas in ſum. part. 3. §. 14. Coninch de Sacrament. diſp. 7. dub. 3. concol. 1. numer. 13. & nouiſſimè Ioan. de la Cruz in director conſcient. part. 2. de Sacrament. Penitent. quaſt. 3. dub. 5. concol. 2. Carillo poſt itiner. ordinan. in repet. can. ſum. quaſt. 14. num. 6. de ſarto notabili. dub. 7. num. 5. 4. Fabrus ubi infra. & Petrus Fay in addit. ad 3. part. quaſt. 9. diſp. 5. concol. 1. & Petrus Ledefma in ſum. tom. 1. de Penit. cap. 18. concol. 4. & Syluius in addit. ad 3. part. 9. §. 9. art. 1. dub. 1. Qui hanc ſententiam ita certam iudicant, vt contrariam improbabilem planè exiſtunt, neque vlla ratione poſſe ad praxim deduci.

2. Sed falluntur equidem: nam opinionem negatiuam aſſerentem, circumſtantias aggravantes non eſſe in Confessione aperiendas, non minus probabilem, & tutam in praxi, quàm affirmantem cenſeo. Et ita docet D. Thomas in 4. diſtinct. 16. quaſt. 3. art. 2. quaſt. 5. Durandus ibid. q. 4. Gabriel q. 1. Paludanus q. 3. art. 3. Bonaventura diſtinct. 17. q. ultim. Scotus q. 1. artic. 2. Carthufianus q. 2. Almainus q. 1. art. 2. Albertus diſp. 16. artic. 2. 4. Ouandus diſt. 16. propoſ. 23. Herrera in 2. diſp. 3. 1. q. 7. corol. 3. poſt regul. 2. Adrianus q. 4. de Confess. artic. 2. Turcremata de Penitent. §. cap. 1. num. 11. Vigneus in inſtit. cap. 16. §. 4. verſ. 17. Antonius 3. part. titul. 14. cap. 19. §. 7. Couarr. in 4. decret. part. 1. cap. 1. num. 14. Sylueſt. verb. Confessio q. 9. & verb. circumſtantia, num. 2. & 3. Angelus verb. Confess. 1. num. 13. Tabiena verb. circumſtantia, num. 6. & 8. Armilla eodem verb. n. 2. & 4. Sum. Confellorum lib. 3. titul. 34. q. 81. Corduba in ſum. q. 2. Medina C. de Confess. quaſt. 7. de circumſtantia. Nauarrus cap. 6. num. 7. & in cap. conſiderat. de penit. diſtinct. 5. num. 6. ex neotericis Alphonsus Regius in ſuis Reſolut. caſ. 30. num. 5. Valquez in 3. part. tom. 4. quaſt. 91. art. 3. dub. 2. & 4. Reginaldus in praxi tom. 1. lib. 6. cap. 5. num. 135. Valenta tom. 4. diſput. 7. q. 11. punct. 1. Leſſius lib. 4. cap. 3. dub. 12. num. 8. Zanardus in direct. Theol. p. 1. de Sacrament. quaſt. 18. Giptius de caſ. referu. c. 8. n. 5. Ortix in ſum. c. 23. n. 44. Ochagaua de Sacram. n. 2. q. 14.

Ioseph de Ortu Parochi in speculo Parochorum, c. 9. n. 7. Ioannes Sancius in practiciis diſputationibus, diſput. 1. n. 6. Puteanus in 3. p. D. Thome. p. 2. q. 2. dub. 4. concol. 1. Pefantius in addit. ad 3. p. q. 10. §. de integritate Confess. diſp. 2. q. 3. Zerola in praxi, de Penit. c. 12. q. 5. & hanc ſententiam probabilem vocant etiam aliqui ex aduerſariis, vt Henriquez lib. 1. c. 7. n. 4. Fagundez de Precept. Eccleſ. punct. 2. l. 4. c. 2. n. 6. in ſin. Pitigianus in 4. ſent. diſt. 16. q. unica, art. 5. concol. 5. Fabrus de Penit. in 4. ſent. diſt. 17. q. unica diſp. 24. c. 1. num. 18. & Villalobos in ſum. tom. 1. tract. 9. dub. 36. num. 8. vbi ita aſſerit: Si alguno quiſiere ſeguir la opinion contraria de nueſtra concoluſion, no lo podremos condenar, pues tiene tan buenos padrinos, y la podra ſeguir. Et ratio eſt.

3. Primò, quia iure diuino non tenetur quis confiteri niſi omnia peccata mortalia: ſed reticendo circumſtantias, quæ non prohibentur peculiari præcepto conſtituitur quis omnia peccata mortalia: ergo, &c. Probatur minor: quia peccatum eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei; ergo, ſi aliqua circumſtantia non prohibetur peculiari præcepto, non eſt ſpecialis peccatum. Vt, v.g. eodem præcepto prohibetur furtum mediocriſ quantitatit, & magnæ quantitatit: ergo, quamuis non exprimat quantitatit rei ablata, ſufficit ſic confiteri: Fateor, me commiſiſſe furtum, quod attingit peccatum mortale.

4. Secundò, Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. c. 5. agens de circumſtantiaſ ait, eſſe præceptum conſitendi illaſ, quæ ſpeciem mutant: ergo, cum de aggravantibus taceat, virtute negat tale præceptum ad illaſ extendi. Probatur conſequentia: tum, quia inſtegram doctrinam tradit de omnibus neceſſariis ad hoc Sacramentum; tum etiam, quia præmittit illa verba: Nihil aliud ab Eccleſia à penitentibus exigitur, quam vt, &c. Ergo, nihil aliud eſt ſub præcepto niſi quod præſcribitur.

5. Tertio, ſi vera eſſet contraria ſententia, teneretur peccator ſcire circumſtantiaſ aggravanteſ, ſicut teneretur ſcire peccata mortalia, quæ confiteri debet: hoc autem eſt valde durum; ergo, &c. Et quia ex hac opinione reſoluuntur benignè multi caſuſ, ego in gratiam Confellariorum ponam hęc ſelectioreſ, & magis in praxi occurrenteſ. Idèd quero.

## RESOL. II.

An circumſtantiaſ notabiliter minuenteſ peccatum, teneatur quiſ in confessione explicare?  
Et quid de aggravantibus? Ex part. 5. tractat. 14. & Miſ. 2. Reſol. 85.

§. 1. **P**Vella, v.g. inopia oppreſſa, vel mortis metu admittens iuuenem ad ſe cognoscendam, peccat mortaliter; nihilominus illa circumſtantia multum alleuiat peccatum, & conſulit ſuæ famæ, de qua curâ habere tenemur ex Eccl. 4. 1. Quaritur an in hoc,

F f 4 &c